

Popis pavlinskih glazbenih knjiga iz 1632. godine

Ladislav Šaban

(Svršetak)

CHORUS CUM LIBRIS ET ORGANO ETIAM.

(1.) Chorus Ecclesiae huius habet in primis librum *Magnum Graduale* dictum in pargameno conscriptum et figuris adornatum quod in Bibliotheca asseruatur nec facile exponitur. In ipsius prima fronte siue in interiori parte asseris sic est scriptum: Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Octauo Reverendus Petar Fr. Stephanus Tirnauinus Anno sui Generalatus tertio hoc Graduale in hanc formam redigi curavit, ad honorem et laudem DEI Omnipotentis Eiusdemque Virginis Matris nec non Sanctorum Omnium — Pertinebit ad Monasterium Lepoglava. Primo laudes Dei decantantae sunt in dedicatione huius nostri templi eodem scilicet Anno quo supra. Caeterum quis scripsit vel comparauerit nihil est.

(2.) Est et aliud *Graduale* pro quotidiano usu integrum cuius prima charta pargamenea habet Introitum Dominicae primae Aduentus scilicet Ad te leuauit animam meam etc. Ultimum vero folium clauditur Alleluia de SSmo. Corpore Christi videlicet Caro mea vere est cibus etc.

(3.) Tertius liber Pargameneus sed non bene vestitus *Antiphonarum Ordinis* appellatus a principio integer et habet Antiplonam hanc A diebus antiquis nos audivimus etc. In fine autem multae Chartae desiderantur. Hoc enim anno scilicet 1632 die vero decima Octobris haec vltima charta reperta est in cuius fine est annus hic notatus 1588 ad hunc subsequens responsorium paruum post horam tertiam tempore Paschalis videlicet Surexit Dominus de Sepulchro Alleluia Alleluia etc.

(4.) Hic in Ordine est quartum *Antiphonarum Romanum* in papyro impressum bene ligatum ac totum integrum.

(5.) Sequuntur hic suo ordine *Psalteria* etiam in pargameno conscripta. Quorum *primum* est et ex omnibus praestantissimum cum Calendario siue Mensibus. Estque tam a principio quam etiam in fine integrum et nullibi lesum atque bene compactum. In assere principis hoc notabile habet scriptum: Anno Domini Millesimo sexcentesimo trigesimo primo Nona Decembris visae sunt cuscationes formidabiles quas subsequenta sunt tonitrua tantum boatum atque reboatum dantia, ut omnibus nobis et tempore hic in Monasterio Lepoglavensi degentibus non modo admirationem sed omnino horrorem incusserint inusitatum hora promeridiana quinta. Vltima charta terminatur De B.M.V. solita cantari in Adventu Domini etc.

(6.) *Secundum* simile priori quoad pargamenum differt tamen plurimum a priori quia habet multas imagines calamo ac auro pictas, totum est integrum. Prima charta hoc habet initium; Dominicis diebus Invitorium et simul primam imaginem Davidis cantantis ac aliorum Vltimam chartam excipit canticum B. Mariae Virginis Magnificat.

(7.) *Tertium* etiam pargameneum et bene ac fortiter vestitum integrumque a principio in fine desideranti chartae ab illo Hymno de Communi Virginum Virginis proles opifexque Matris etc. usque ad finem Psalterii.

(8.) *Quartum* simile Prioribus a principio et in fine integrum hoc tamen super praecedentia habet quia pro scriptum sit et perfectum Anno scriptor expressit his verbis:

Mille quadringenti quinquaginta modo quinque Anni Christi fluebant cum haec scripta fuerant Mensibus duobus diebus viginti quinque completis.

(9.) *Quintum* in hoc simile primo quia sicut illud sic et hoc habet scriptum Calendarium totumque est sicut et alia bene vestitum et integrum terminaturque hymnis ad Vesperas et ad laudes de spinea Corona.

(10.) *Psalteria* comitatur *Processionale* in pargameno per modum Cantici conscriptum incipitque a Litanis B. Ma. Vis. et finit communi illo responsorio pro defunctis Libera me Domine etc. et vocatur *Processionale* Lepoglavense.

(11.) Aliud habet quaedam mixta in papyro conscriptum diciturque Monasterii Lepoglavensis.

(12.) Aliud etiam in albo corio similiter in papyro scriptum variis rebus Ecclesiasticis repletum incipit a Hymno Adventus Domini Conditor Almae Syderum etc. et finit Qui cum Patre et Filio simul adornatur et conglorificatur etc. habet autem lineas rubras ac notas nigras.

(13.) Post haec omnia iam superscripta est *Breviarium Romanum* in folio Romae impressum ad communem in choro Fratrum usum a Reverendissimo in Christo patre Simone Bratulich olim Generali nostri et Ecclesiae huic datum sic enim scripsit aliquis in interiori parte primi asseris: Admodum Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Pater Simon Bratulich totius Ordinis Sancti Pauli Primi Eremitae Prior Generalis Episcopus Almae Ecclesiae Zagradiensis et Consiliarius Caesariae Maiestatis hoc Breviarium dono dedit et dedicavit Ecclesiae B. MARIAE Virginis Lepo-

glavensis Monasterii eiusdem Ordinis Anno 1603 Sexta Mensis Novembris.

14.) Praeter hoc libros habet etiam haec Ecclesia pro ornamento sui *Organum* quod quidem Organum maiori ex parte est destructum. Hoc idem Organum per quem sit comparatum non est certum quicquam aliud nisi hoc in eodem scriptum reperi. Hoc opus Reverendissimus Dominus Dominus Fr. Simon Bratulics DEI Gratia Eppiscopus Syrmienensis Sacri Caesareae Regiaeque Maestatis consiliarius ac Fratrum Ordinis Sancti Pauli Primi Eremitae Prior Generalis Pater Patriae amabilis ad Laudem et Gloriam MEI honorem B. MARIAE Virginis ad Utilitatem Patriae et huius Ecclesiae emolumentum depingi et renouari curavit propriis Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Octavo in Augusto. Est etiam positivum sive Regale.

EIN VERZEICHNIS DES GESANGBÜCHER IM CHOR DER KIRCHE IM PAULANERSTIFT ZU LEPOGLAVA AUS DEM JAHRE 1632

Zusammenfassung

Chor des Hauptstiftes des kroatischen Paulanerordens in Lepoglava war i. J. 1632 reich mit handgeschriebenen liturgischen Musikhandschriften versehen. Unter 11 im Verzeichnisse ziemlich genau beschriebenen Kodexe (1 *Antiphonale*, 2 *Gradualien*, 5 *Psalterien*, 1 *Processionale*, 2 *Gesangbücher*), die meist auf

Pergament geschrieben waren und aus dem 15. und 16. Jahrhundert stammten, sind die zwei der Letzgenannten für uns von einem ganz besonderen Interesse, weil wir vermuten dass sie kroatischgeschriebene und dem Volke bestimmte Kirchengesänge enthielten. Es ist bekannt dass die Paulaner seit der 2. Hälfte des 16. und ganz besonders im 17. Jahrhundert den kroatischen Kirchengesang mit grosser Vorliebe pflegten und eine ganze Anzahl verschiedener Gesangbücher zusammenstellten (gedruckt waren sie nie). Obwohl nur ein einziges solches Gesangbuch (a. d. J. 1644) erhalten, blieb, gibt uns genaue Kunde über die Art und Inhalt solcher dem Volke bestimmten Gesänge. Dies einzige paulinische bis heute erhaltene handschriftliche Kompendium gehört unter die wichtigsten Musikquellen in Kroatien. Für alle andere ähnliche Werke wissen wir bloß aus den archivalischen Unterlagen, die jedoch eine beträchtliche Zahl solcher Gesangbücher zusichern.

Die im Manuskripte a. d. J. 1632 beschriebene Musikhandschriften und Bücher sind nach der Auflösung des Ordens durch Kaiser Josef II (1786) verloren gegangen. Da es aber unter denen auch reich illuminierte Bücher vorkommen, besteht eine gewisse Hoffnung, dass sich welche von denen doch in einer ungarischen Bibliothek gerettet haben. Es ist nämlich archivalisch bewiesen, dass man die wertvolle Habe und Kirchenkleinodien aus Paulanerklöstern in Kroatien nach Ungarn befördert hatte. Genaue Beschreibungen jedes der Bücher im obigen Manuskripte dürfte eine Identifizierung erleichtern.

Zuletzt enthält das Manuskript auch eine Erwähnung eines Positivs »seu Regale« im Klosterkirche zu Lepoglava, was die erste Kunde über eine Orgel im Kloster ist. Die jetzt noch erhaltene und unlängst restaurierte Orgel aus 1649, dürfte durch einen unbekanntem Süddeutschen Orgelbauer erbaut sein.

SRETAN I BLAGOSLOVLJEN USKRS SVIM PRETPLATNICIMA, SURADNICIMA I PRIJATELJIMA ŽELI UPRAVA I UREDNIŠTVO

OBAVIJEST CIJENJENIM PRETPLATNICIMA

Zbog poskupljenja tiskarskih troškova prisiljeni smo povisiti cijenu pretplate za 1980. g. Pretplata za tuzemstvo iznositi će 200 nd. a za inozemstvo 22 \$. Nadamo se da će cijenjени pretplatnici shvatiti opravdanost povišenja cijena i da će dalje ostati vjerni pretplatnici u slijedećem desetljeću koje započinje ovim brojem.

Upozoravamo sve pretplatnike da sva pitanja u vezi pretplate upute na Upravu »Sv. Cecilije«, Trg Kralja Tomislava 21, Zagreb, a ne u Uredništvo.

Zahvaljujemo se na dosadašnjoj vjernosti i preporučamo za 1980. g.

Uprava i Uredništvo